

Wien, Schottenstift (Benediktiner), Bibliothek, Cod. 140 (Hübl 61)

Albert Hübl: Catalogus codicum manu scriptorum qui in Bibliotheca Monasterii B.M.V. ad Scotos Vindobonae servantur. Wien/Leipzig 1899, 74.

[Digitalisat]

— 74 —

tiones de confessione. Inc.: „Ecce nunc tempus acceptabile
Et quia presens tempus acceptabile.“ Expl.: „Ita ego conso-
labor vos et tantum de istis sermonibus venerabilis arcium
et sacre pagine professoris M[agistri] Thome de Haselpach.
Scriptum Wiene.“ Cf. cod. 34 (4 et 5). Sermonem alterum
anno 1433, octavum anno 1432 scriptum esse significatur.
Auctor sermonis alicuius de eucharistiae sacramento (f. 255^a
—264^a) idem Thomas de Haselbach nominatur. Sermo inc.:
„Hoc facite Dominus noster iesus Christus de hoc
mundo.“ Expl.: „Instaret martirium senciet.“ — F. 334^a—
344^b script. vacant.

61.

(50. g. 4.)

Membr. (f. 1—22) et chart. (f. 23—156) s. XIV (1377), f. 156, 4^o,
man. V, ligat. antiqua restaur.

1. F. 1^a—106^b. *R. [I]ncipit liber apparicionum et vi-
sionum beate et intemerate et sanctissime virginis marie dei
genitricis alma maria procurante et eciam reuellante et supremo
deo concedente. Incipit liber beate virginis gloriosissime marie
qui liber florum celestis doctrine appellatur ad omnes artes
sciendas Inc.: „[N]emo cum lucernam accendit sub
abscondito eam ponit.“ Expl.: „Per signaculum annuli et
figurarum Amen (R.) Explicit liber visionum beate et inte-
merate virginis Marie Anno natiuitatis dom. M^o CCC^o LXXVII^o
In Vigilia natiuitatis eiusdem uirginis et matris dominice et
gloriose deo gracias.“ Auctor, de quo nihil inveniri potuit,
fratrem Johannem Monachum de Moriginato (= monast. Mau-
rigniac. dioecesis Senonensis) sub regula s. Benedicti mili-
tantem (f. 36) se dicit. Se visionibus ab arte nigromantiae
aversum primum compositorem novae artis, scientiae omnium
scientiarum, exstitisse narrat. Superstitiosum b. Mariae cul-
tum docet et ostendit, quomodo ad apparendum cogi possit.
Diversae partes operis diversis annis (1304—1307, 1315)
conscriptae sunt. — 2. F. 107^a—131^a. *Incipiunt oraciones
bone et vtiles ad memoriam intelligenciam et facundiam reti-
nendam.* Inc.: „In nomine domini nostri Jesu Christi ad
laudem et gloriam sanctissime virginis Marie.“ Expl.: „Et*

Wien, Schottenstift (Benediktiner), Bibliothek, Cod. 140 (Hübl 61)

Albert Hübl: Catalogus codicum manu scriptorum qui in Bibliotheca Monasterii B.M.V. ad Scotos Vindobonae servantur. Wien/Leipzig 1899, 75.

[Digitalisat]

— 75 —

te per cuncta secula seculorum collaudare Amen.“ Est opus superstitiosum praecedenti propinquum. — 3. F. 131^a—139^b. *Oracio[nes] de passione domini*. Inc.: „Domine iesu christe redempcio mea.“ Expl.: „Super bona.“ — 4. F. 140^a—156^a. Prolog. inc.: „Experimentum probatum et verum ad intelligendas omnes artes.“ Expl.: „Et generaliter in omnibus.“ *Incipit opus probatum de omni re in mundo et est memorie*. Inc.: „Cum igitur operare volueris in nouilunio.“ Expl.: „Et si supra dictum opus.“ His verbis opusculum finitur. Cui libello tria folio adglutinata sunt, quorum argumentum ad praecedentia forte pertinet, quamquam ea non immediate excipiunt. Continent orationes superstitiosas. — F. 156^b script. vacat.

62.

(50. g. 5.)

Chart. s. XIV, f. 96, 4^o, man. I, ligat. membr., f. 1—23 magis minusve humore laesa.

F. 1^a—87^b. Prologus inc.: „... corporis domini ... donante deo.“ Sequitur index capitulorum. Opus inc.: „Uenite comedite ... His uerbis ... nos inuitat.“ Expl.: „Habens vite qui nunc est et future ad quam ... Amen.“ *Explicit Opusculum Sancti Thome (de Aquino) de corpore Christi*.“ Est opus spurium. Ed. Parm. 1864, XVII 135—176. — F. 88—96 script. vacant.

63.

(50. g. 6.)

Chart. s. XV (1420), f. 279, 4^o, man. VII (IV Pauli de Niclas-purga), ligat. antiqua lign. restaur., tegum. ant. b: fragm. hebr. et index contentorum. F. a cap. a: „Iste libellus pertinet ad scotos wienne quem comparauit dominus Jo[hannes] abbas de oxenhausen.“

1. F. 1^a—58^b. *Meditaciones s. Anselmi episcopi Cantuariensis*. Inc.: „Meditaciones que Subscripte sunt que ad exercendam legentis mentem.“ Expl.: „Ad eternam tue glorie contemplacionem Qui cum patre ... Amen.“ Ed. Maur. 1675, 202 sqq. (med. 11, 2, 3, orat. 20, 23, 24, 41, 49, 50, 51, 62, 63, 72, 67, 69, 70, 30). Aliquot orationes in editione desiderantur. F. 20^b epistola Anselmi ad Gondulfum de tribus

Wien, Schottenstift (Benediktiner), Bibliothek, Cod. 140 (Hübl 61)

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at -
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: manuscripta.at/?ID=28664

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:

[OLIVER](#) - Online manuscript description (HMML)